



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 28. Duo Catholici capti ex vindicta laqueo suspensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

res erant: porro eo tempore septuage- **Sæcul. XVI.**
simum secundum ætatis suæ annum a- **A. C. 1562.**
gebat.

Idem fatum subiere Joannes de Bo-
sco Mantrevillæ Toparcha, in suprema
rei Tributariæ Curia Præses, Vincen-
tius Gruchetus, Soquentia, & Joannes
Cotoneus Bertovilla, qui una omnes ac-
cusabantur, quod Principi Condæo Gal-
lici regni sceptrum vindicare moliti es-
sent, ea tamen lege, ut conscenso folio
Maris Præfectum Normanniæ Ducatu,
Andelotum vero Ducatu Britannicæ
quantocius auget. Hi quoque a ve-
nia universis concessa excipiebantur,
sub obtentu, quod foederis cum Anglis
initi fuissent conscii: quapropter Præ-
ses die prima Novembris capite ple-
xus, reliqui autem duo post quintum
a capta urbe diem laqueo suspensi pe-
rierunt.

§. XXVIII.

*Duo Catholici capti a Calvinistis ex
vindicte libidine suspensi.*

Renatus Valfenerius peditum Ductor
ad preces Brissaci Marescalli vitæ
gratiam obtinuit: equidem Guisus Dux
pariter Joannem Crossam Tribunum
mortis supplicio eripere nitebatur, ve-
rum eo incassum sollicitante Joannes se-
cure percussus obiit, ac paucis post die-

T t 4 bus

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
bus Joannes Quidetus, & Joannes Bi-
gotus suspendio necati sunt: Verum
Condæus Princeps, ut horum mortem
ulcisceretur, pariter Joannem Bap-
tistam Sapinum in Clericorum Curia Pa-
riensensem Senatorem, necnon Joannem
Trojum Gassinæ Abbatem ex Ordine
S. Augustini Monachum, qui tanquam
Franciæ Regis Legati in Hispaniam
profecti a Calvinistis capti fuerant, ad
mortem damnabat, Odetus vero Silva,
qui pariter Regis Orator in Hispaniam
contendebat, ac ceteros duos comita-
batur, tum captus abstrahabatur, cui
tamen Condæus non tam ob legatio-
nis religionem, quam ob sectam Clau-
dii fratris sui, qui itidem Calvinista
Condæo familiaris eidem inserviebat,
vitæ gratiam concessit. Postea Pari-
sienfis Senatus Joanni Sapino sepulta-
ra, & honorificis exequiis parentabat,
quibus omnes Senatores in Fratrum
Eremitarum S. Augustini Ecclesia inte-
rerant, ubi etiam sepucralis affige-
batur inscriptio, quæ causam, propter
quam mortem subiit, dignis elogis
commendabat.

La Popelin.
l. 8.

§. XXIX.

*Calvinistæ castris Aurelia motis Pari-
sios obsidere parati.*

Post.